



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

VIII. De Ordinis Sacramento.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

## DE EXTREMA VNCTIONE.

## TITULUS VII.

**Q**uartum Sacramentum est Extrema U-  
nctio, quod infirmo, de cuius morte time-  
tur, tantummodo exhibetur. Nam & hinc  
Sacramentum excusantium appellatur, Conc. Flor. d.  
loco in § quintum, juncto Trid. sess 14, cap. 3, in doctr. de  
Sacram. extr. Vnct.

## §. 1, De materia hujus Sacramenti, Ministro, forma.

Materia hujus Sacramenti est oleum olivarum per  
Episcopum benedictum, Conc. Florent. & Trid. d.  
loco cap 1, Minister vero, Presbyter, sive Episco-  
pus sit, sive alius Sacerdos ab eo rite ordinatus,  
Concil. Trid. d. loco cap 3, can illud dist. 95, qui infirmi  
oculos, aures, narces, os, manus, pedes & renes,  
hoc sacro oleo iungit, adhibet a hac verborum  
formula: *Per istam sanctam unctionem & suam puer-*

*timam misericordiam indulget tibi Dominus, quidquid  
par vixum, &c. & similiter in aliis membris, Conc.  
Flor. eod. §. quintum. a*

## §. 2, Religiosi ne hoc Sacramentum conferant.

Interdictum vero Religiosi est, ne hoc Sacra-  
mentum Clericis aut laicis conferant, absque  
speciali licentia Presbyteri parochialis, sub ex-  
communicationis poena ipso facto incurrande  
cujus & absolutio S. Pontifici reservata est, cap.  
in princ. juncto § fin. *De privil. in Clement.*

## NOTATIO IN TIT. 7.

a Honestatis tamen ratio postulare videtur in fiem-  
nia, ut res non ungantur. Bellarm. de exir Vnct. cap. 10

## DE ORDINIS SACRAMENTO.

## TITULUS VIII.

## De Sacramenti Ordinis Materia, Forma, Ministro, Effectus.

**S**extum Sacramentum est Ordo; cuius materia  
est illud, per cuius traditionem confertur Or-  
do; sicut Presbyteratus traditur per calicis cum  
vino, & patenæ cum pane, porrectionem: Diaeo-  
natus vero per libri Evangeliorum dationem:  
Subdiaconatus per calicis vacui cum patena va-  
cua superposita traditionem. Et similiter de aliis  
per rerum ad ministeria sua pertincentia affig-  
nationem. Forma Sacerdotii talis est: *Accipe po-*  
*restatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis &*  
*mortuis, in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti.*

Et sic de aliorum Ordinum formis, prout in Pen-  
ticipal Romano latius continetur, Conc. Flor. in  
instruct. Arm. de hoc Sacram. in § sextum, addit. quod dixi  
tit. de Ordinib. & gradib. §. 1, Minister est Episcopus,  
& interdum Abbas quoad minores Ordines, vide  
sup tit. Qui Ordines Ecclesiast. § fin. Effectus est aug-  
mentum gratiarum, ut quis officiat idoneus ad ob-  
eundum ministerium Ecclesiasticum, Conc. Flor.  
d. loco, *De numero Ordinum alibi reculimus, sup-*  
*tit. de Ordinib. & gradib. Clericorum.*

## DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

## TITULUS IX.

## §. 1. Matrimonii materia &amp; forma.

**S**extimum & postremum Sacramentum est  
Matrimonium, quo vir & mulier individuæ  
vita coniugialis conjunguntur, de quo la-  
tius inf. eod. §. Est autem matrimonium 20, cum seq.  
Cujus materia est consensus contrahentium: For-  
ma, ipsa verba vel alia signa consenserunt expon-

mentia, per test. in cap. Tuannos 26, Exi. De sponsa-  
lib. ac notac ibid. Panorm. Navar. in Manuscr. 12,  
num. 20, a Sed quia sponsalia ut plurimum pra-  
cedere solent matrimonium, idcirco prius de  
sponsalibus dispiciamus.

§. 2. Spousa